1511. 26. Maij

Sigism: 1. Rex Poloniæ Georgio Krupski de Orchów Castellano et Capitaneo Betsensi:

Gratum est Nobis quod te Nobis et Reipublicæ libenter exhibes ad obeundum hoc munus, ad quod, si opus erit, designabimus. Expectamus responsum à Consiliarijs R^{ni} et eorum Consilia, quid et quomodo faciendum est de ipsa profectione Tua? Quæ cum primum allata nobis fuerint, vel vocabimus te huc ad Nos vel Instructionem hinc tibi mittemus. Pro ista autem hac tua tam propensa voluntate debebimus tibi gratiam et munificentiam Nram, et meritor Tuorum habituri sumus rationem. — Esto igitur paratus. Datum in Brzescie Lithvaniæ Die 26. Maij. 1511.